

- Decia. *consil.* 603. num. 6. post princ. Anchar. q. 2. l. n. 11. lib. 2. Gracia. *vbi proximè d. num.* 5. 1. ad fi. & superius nos alios citauimus. Alias nonnullas declarationes, seu fallentias apponit Giurb. *d. decis.* 46. quæ omnia quidem præ oculis habere debet executor, vbi sibi huiusmodi sententia exequenda committitur.
- 124 Hinc prius vt abeamus, animaduersione dignum esse duxi, stylus qui in supremis tribunalibus introducitur (potius abusus vocandus) vt petens sententia dubia, aut obscura declarationem, adstringatur intra viginti quatuor horas, seu potius intra diem eundem prolata sententia, eandem petere, iuxta determinationem text. in l. Paulus. la. 2. de re iudic. Sed attendite quæso, quod iudex, licet addere, mutare, & alterare suam sententiam, & eius substantiam non possit, l. quod iussit. de re iudic. & d. l. Paul. tamen interpretationem extensiuam facere potest duntaxat, circa accessoria sententia, puta; fructus, expensas, &c. & eam non aliter facere potest, quam eodem die, & hoc casu loquitur d. l. Paul. prout bene intelligunt post B. & alios, Petrus Ferrar. in *practic. in forma execution. sent. dist. verb. publico nuntio. n. 12. fol. mihi 284. in nouiori impressione.* Auiles in *capit. pretor. in præmio sub numero 19.* & ad hunc effectum rectè procedit d. stylus tribunalium.
- 127 Si verò agitur duntaxat de declaratione interpretatiua, hoc est, de declaratione verbi dubij, obscuri, aut orationis confusæ, tunc ad illam petendam ad illud tempus, nec ad aliud astringi potest petens, tum
- 128 quia facultas declarandi nunquam præscribitur etiam per mille annos, secundum optimam Baldi, & Saliceti doctrinam, in l. petens. per gloss. ibi C. de pactis. & lff. ibi col. 4. *vers. ex ista glossa bene etiam,* vbi de ratione per Balbum in tractatu de *prescriptio. 4 p. 5. p. princip. questione 1. numero fin. & supra.* Tum etiam, quia ille, qui post aliquem terminum actum aliquem facere non potest, potest tamen declarare iam factum, plurimi sunt Doctores in huius doctrinae comprobationem, cuius nomenclaturam adduximus supra hoc cap. versiculo, ex hoc fonte fluit. à numero 33. ergo hanc declarationem interpretatiuam illo termino l. Paul. circumscribi, nec arctari debere, certum est.
- 130 Deinde, quia licet iudex sententiam difinitiuam mutare, aut corrigere non possit, l. iudex posteaquam. ff. de re iudic. nisi in accessoriis vt supra: tamen illam potest declarare, gloss. verbo, sed iam interpretari, in l. ea que. C. comminationes, epistolas, & sentit

gloss. in l. sed & si utriusque. in verbo, & sic aut. ff. de iur. iur. Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in tit. de testament. §. nunc videndum. *vers. hoc etiam nota.* B. in l. heredes palam. §. si quid. *vers. quero an iudex.* & ibi Immol. *vers. item quod iudex.* post Bal. ibi in §. sed si notam. versiculo tertio est argument. ff. de testam. B. in l. ab executore. versiculo quarto secundo. ff. de appellat. Ioan. Fab. in l. 1. *vers. item dic. C. sententiam rescindi non posse.* Alexan. in l. 1. *vers. sed videtur.* C. de liber. & posthu. & in l. Auihorum. *vers. sed vbi essent.* ff. de re iudic. Lanf. in cap. quoniam contra. verbo, interlocutiones. *vers. vltimus dubitatur.* de probatio. Alexand. *consilio 3. vers. super alio quaestio. volum. 1.* Calcan. *consil. 69. vers. quarto queritur.* Felin. in cap. super quaestio. *vers. ego allego. de offic. delegati.* Decius in cap. 1. *vers. tertia est species. de postulatio. prelator.* & in l. in ambiguis oratio. ff. de regul. iur. Rebuff. in l. quod iussit in 2. nota. num. 153. & num. 155. Anton. Gabriel communi. *conclus. lib. 6. tit. de regul. iur. conclus. 3. num. 14.* quæ potestas tempore circumscripti non debet, vt supra.

Vltimò facit, nam si tribunalium executores, pro rerum iudicarum executione dati, etiam post multos dies à tempore prolata sententia, hanc declarationem interpretatiuam faciunt (vt latè superius probauimus, & quotidie practicamus, & videmus) ergo ipsimet iudices, qui sententiam eandem proferunt, multo fortius post dictum terminum viginti quatuor horarum (iuxta dictam l. Paul.) facere poterunt, cum (vt diximus) lex illa procedit, quando aliquid additur, vel detrahitur sententia circa eius accessoria, quod locum non habet in hac declaratione interpretatiua, in qua nihil additur, vel detrahitur, sed duntaxat factum obscurum detegitur, vt latè supra dictum reliquimus hoc capite.

CAPVT XIII.

Ab executore sententia ordinem præposterante, & omittente, an appellationi emissæ non deferens, violentiam commisisse dicetur.

SVMMARIVM.

Ordo legis sonans in monitionem potius quam in necessitatem, licet omittatur, non vitiat. num. 1.

Præposterior ordinis sonantis in consilium legis non in necessitatem, non vitiat. n. 2.

Ordinem sententia præposterioris executor excedit manifeste. n. 3.

Ordo

Ordo est modus agendi, sine quo nihil rectè agitur. num. 4.

Executor excedens modum nulliter agit, & propterea appellatur. n. 5.

Ordinem excedere seu modum, idem est, cum sint duo inseparabilia. n. 6.

Actus omnes humani à tribus dependent, nempe, potestate, voluntate, & modo, qui est ordo ad finem. n. 7.

Ordo in duplici est differentia, à iure vel ab homine datus. n. 8.

Ordinis dati ab homine præposteriorio semper actum vitiat ipso iure. n. 9.

Mandati forma diligenter attendenda est. n. 10.

Appellatio licita est ab actu nullo. n. 11.

Præposterior ordinis etiam dati à iure in eadem causa, & sic de se ipsa ad se ipsam vitiat ipso iure. n. 12.

A præposterioritate ordinis etiam à iure vnus causa ad se ipsam, appellatio licita est. n. 13.

Præposterior ordinis eiusdem causa ad seipsam, vitiat processum ipso iure. n. 14.

Præposterior ordinis in diuersis causis præiudicialibus, tamen inter se annullat ipso iure. n. 15.

Ordo præscriptus sententia, eius præposteriorio cadit in se ipsa causa executionis. n. 16.

Præposterior ordinis dati à iure vnus causa ad alteram separata, seu vnus iudicij ad aliud, non vitiat ipso iure. n. 17.

Ob præposterioritatem ordinis dati à iure vnus iudicij ad alterum, sententia & processus tenent à quo appellare necesse est. n. 18.

Ordo vnus causa in seipsa est velut ordo membrorum in corpore individuo, à quo si subuertatur aliquod principale, totum corpus perit, scilicet in ordine vnus causa ad aliam diuersam. n. 19.

Ordinis à iure de vna causa ad aliam præposteriorio non admittit appellationem in iudicio sui natura inappellabili, quia non causat nullitatem. n. 20.

A peruersione ordinis appellatio admittitur etiam in iudiciis aliis privilegiatis, in quibus regulariter appellatio non admittitur. n. 21.

Nullitas cadit in peruersione ordinis vnus causa ad seipsam, & ideo executionem non meretur. n. 22.

Ordinis præposteriorio est grauamen evidens patens ex actis. n. 23.

Sententia euidenter iniusta cum nullitati equiparetur, admittit appellationem etiam in causis privilegiatis. n. 24.

Iniquitatis respectu nunquam appellatio prohibita intelligitur. n. 25.

Executor ad rei restitutionem cum clausula (refusus prius melioramentis) an excedat si anteriorum liquidationem rem faciat restituere. n. 26.

Qui non excedere dixerint hoc casu recensentur. n. 27.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Dictio (prius) significat precedentiam, & dat ordinem & formam, cuius omisio vitiat actum. n. 28.

Ablatiuum absolutus inducit conditionem. n. 29.

Conditio debet adimpleri ita vt interim suspendat dispositionem. n. 30.

Verba (solutis expensis) faciunt sententiam conditionalem. n. 31.

Conditio importat formam. n. 32.

Conditio non seruata actus corrumpit. n. 33.

Reseruat ius in sententia, ipsius executionem non suspendit, scilicet si sententia condemnat sub aliqua modificatione, aut limitatione, quia tunc suspendit. n. 34.

Reseruat ius condemnato in sententia, eius executionem non suspendit, quia intelligitur reseruat in aliud iudicium. n. 35.

Secus si sententia aliquam exceptionem aut limitationem adiciat. ibid.

Sententia condemnans ad restitutionem bonorum, exceptis qua sint in territorio condemnati, aut qua sint feudalia, prius de exceptione est facienda liquidatio. n. 36.

Quia interim dum hæc non fit liquidatio, sententia dicitur incerta. n. 37.

Verba limitatiue apposita habent terminum quem non licet excedere. n. 38.

Dictiones (quatenus, donec, quandiu, dum, quoad, vsquequo) & similes, significant limitationem temporis & suspendunt sententiam. num. 39. & n. 41.

Dictiones (quatenus, donec, quoad, &c.) si imponantur ad inchoationem alicuius beneficii, important conditionem. n. 40.

Dictio (dummodo) quando apponitur in sententia ei, quod venit implendum, ante perfectionem actus importat conditionem. n. 42.

Dictio (quatenus) aliquando idem significat quod (dummodo). n. 43.

Gerundium dando, restituendo, &c. importat conditionem & formam præcisam adimplendam. n. 44.

Gerundium adiectiuum, vel participium, inducit necessitatem. n. 45.

Sententia lata sub conditione vel modo, semper opponi potest de defectu conditionis vel modi. n. 46.

Quia tunc non tam ab alio repellitur quam à se ipso, cum ex eodem fonte & instanti oriatur actio & exceptio. n. 47.

Aktor qui in actione includit & deducit exceptionem, suo se ligone percutit, ita vt sibi incumbat onus probandi. n. 48.

Exceptio qua oritur ex sententia præcisè, est verificanda in executione, etiam si requirat alioverem indaginem. n. 49.

Exceptio nullitatis si oritur ex ventre instrumenti quod exequitur, suspendit eiusdem executionem. n. 50.

112 Nullitas

Nullitas instrumenti reddit probationem nullam, quo non potest dici de obligatione constare. n. 51.
 Exceptio orta ex ventre sententia aut instrumenti, non censetur exclusiua, etiam si requirat aliorum indaginem. n. 52.
 Condicio respiciens principalem dispositionem & substantiam, ipsam reddunt conditionalem. n. 53.

Condicio apposta in executiui sententia, aut alterius dispositionis, non facit sententiam aut dispositionem conditionalem, sed pura remanet, eius tamen effectus & executio suspensa est in tempus. n. 54.

Melioramenta prius debet soluere executor, si de prius soluendis mentio fiat in sententia, quam attendere debet. n. 55.

Ordo litera seruandus est, & a forma sententia non est recedendum. n. 56.

Executor ad rei restitutionem pagando los gastos, an possit prius restituere rem, & postea expensas condemnato, saltem sub fideiussione. n. 57.

Condicio adimpleri debet in specifica forma, non per equipollens. n. 58.

Retentionis pro melioramentis exceptio suspendit sententia executionem, etiam si opposita fuisset in iudicio principali; non tamen de ea iudicatum. n. 59.

Ob prepostrationem, eo quod executor prius exequatur rem, quam refundat expensas, potest grauatus agere de nullitate & spolio. n. 60.

A qua prepostratione poterit etiam pars grauata appellare. n. 61.

Cautionem seu depositum offerens de soluendis melioramentis, cum liquidentur post rei traditionem, audiendus non est. n. 62.

Condemnatus ad plurium rerum restitutionem, an propter expensas in vna factas, executio suspendatur in aliis sequentibus, & non melioratis. n. 63.

Retineri vna res non potest pro expensis in alia re factis. n. 64.

Executio suspendi non potest in aliis rebus seiuentibus, ob expensas in vna tantum re factas, etiam si sententia dicat (solutis prius expensis). n. 65.

Retentio conceditur in re separata, quando melioramenta facta in vna re eius valorem excedunt. n. 66.

Melioramenta si respiciant ius vniuersale, puta hereditate, ad quam restituendam quis est condemnatus, an vna res pro alia retineatur. n. 67.

Et quid hoc casu, quando melioramenta de facili non possunt liquidari, an omnia bona sint relaxanda sub fideiussore. n. 68.

Executio sententia ut suspendatur ob melioramenta, debet de eis prius saltem ingenuè apparere, intra terminum assignatum ab executore. n. 69.

Melioramenta opponens si non liquidet intra terminum sibi assignatum, proceditur ad execu-

tionem, ne sit in eius potestate illam retardare. n. 70.

Prepostrationis ordinis nullitatem sanat parvis confessio emanata. n. 71.

Confessio partis validat omnes defectus processus, & ordinis iudicialis. n. 72. vbi de ampliationibus & limitationibus.

ICET circa peruersionem ordinis datur à iure, iuxta §. in venditione l. à diuo Pio. maxima sit inter Doctores controuersia, an vitiet executionem, de quo nos latè suprà hac 4. p. c. 3. vers. intra quod autem tempus excessus, &c. à n. 101. vbi pro vtraque authoros maximè autoritatis retulimus, quoniam ipsius legis dispositio non sonat in necessitatem, sed in monitionem, propterea prepostrationem eo casu non vitiare docet Petr. Surd. conf. 39. n. 18. & seqq. rectè etiam aduertit Card. Tusc. pract. conclus. tom. 6. litera P. concl. 5. 19. n. 16. & à num. 13. vbi post alios, 2 quòd quando prepostratio sonat in consilium legis, non in necessitatem, non vitiat, Castrenf. conf. 232. in causa que vertitur. colu. 1. in si. vers. nec obstat, & colu. 2. lib. 1. illud tamen certius esse apparet generaliter loquendo, extra illius legis casum particularem; veriorum, ac probabiliorem esse opinionem, validissimisque fundamentis vallatam, illam, quam ibi elegimus; vt executor (qui tenorem commissionis ad vnguem seruare cogitur) si sententia ordinem prepostrauerit, excedit manifestè. Hanc concordiam reddunt Alex. conf. 5. viso proposito volu. 2. Afflic. decif. 358. in causa inter sub n. 1. & 2. Anto. Gabriel commun. concl. lib. 2. tit. de execut. rei iudic. concl. 3. n. 3. Sigifm. Elcia. in tract. de appell. q. 17. limit. 10. n. 26. (vbi refert Puteum contra distinctionem hanc tenentem) & per Afflic. tenet Rolan. à Valle conf. 33. n. 3. lib. 1. Card. Tusc. pract. concl. tom. 3. lit. A. concl. 48. 3. num. 11. Abb. conf. 3. volu. 3. colu. 10. vers. 11. quare vbi dicit communem Paul. de Castr. conf. 321. volu. 1. colu. 2. in fin. vers. 2. prepostratio quia litera mandat. Et loquendo in executore prepostrante ordinem executionis, idem tenet alios citans Gratia. in discept. forens. c. 13. 6. à n. 30. & Rebus in comment. tom. 1. tit. de sentent. execut. art. 7. gl. 14. n. 7. (licet in Francia non seruari dicat) & ita intelligendam esse magnam Doctorum cateruam, quorum nomenclaturam retulimus suprà d. c. 3. à n. 101. dum indistinctè affirmant prepostrationem ordinis nullum reddere actum ipso iure, vt indistinctè procedant, in executore, cui ordo ad exequendum est assignatus, quæ doctrina, & ex sequentibus fulcitur.

Primò quoniam ordo nihil aliud est, quàm 4 modus agendi, sine quo nihil rectè agitur, secundum

secundum Bald. in tract. de Schismati. colu. 3. de ordin. iudicio. in proemio num. 3. sed executor excedens modum nihil agit, cum nulliter agat, à quo propterea tanquam ab excessu licet appellare. l. ab executore. ff. de appellat. l. ab execut. C. quorum appellatio. non recip. cap. quoad 6 consultatio. de sentent. & re iudic. ergo idem dicendum erit in executore excedente ordinem, cum sit à modo inseparabilis, idemque sit modus & ordo. Bal. in cons. 326. rex Roma. n. 2. vers. & ad huius quest. lib. 1. Berol. conf. 76. n. 26. & seqq. lib. 1. Cardin. Tusc. pract. conclus. tom. 1. liter. A. conclus. 126. n. 1. dicentes, quòd omnes actus humani regulantur, & dependent à tribus, nempe; potestate, voluntate, & modo, videlicet ordine ad finem, de quibus latè sigillatim per totam illam conclusionem. & per consequens à tali perturbatione ordinis, cum sit excessus, appellationi deferendum esse, latè diximus suprà hac 4. p. cap. 3. per totum, imò per tota capitula superiora.

8 Secundò, quia licet ordo in duplici sit differentia, quoniam aut datur ab homine, aut datur à iure, & quicquid indistinctè procedatur in ordine iuris (vt statim dicemus) tamen ordinis dati ab homine prepostratio semper actum vitiat, illumque nullum reddit ipso iure. Bald. in l. 1. sub num. 1. nota. 3. C. de appell. idem Bald. in l. prolatam 4. num. 12. vers. & nota quod Princeps. C. de sentent. & interlocutio. omnium iudic. Marant. de ordin. iudic. 2. p. iudiciorum. d. n. 24. fol. 12. Alex. in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. n. 94. vers. adde casum, quem ibidem refert, & sequitur Ill. conf. 164. vers. tertio ultra ff. de acquir. poss. & ex his Caputaq. decif. 143. seu 30. sententia lata petitorio. n. 2. in fin. & num. 3. & seqq. p. 3. & hanc probat doctrinam Sigifmund. Elcia. de appella. quest. 16. limit. 6. memb. 7. num. 15.

10 qui & Ill. ac Maranta reddunt rationem, quia forma mandati diligenter attendenda est, cap. cum dilecti. de rescript. cum dicatur form. ex Felin. latè ibi, quare tanquam ab actu nullo licitam esse appellationem, aduertit, & bene Elcia. vbi proximè. & faciunt quæ suprà hac 4. p. cap. 3. à numero 240. & exactè diximus suprà 3. p. cap. 9. per totum, quia quod nullum est, executionem non meretur. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.

12 Tertiò probatur hæc pars, & doctrina, quia etsi ordo sit datus à iure, tamen quando peruersio & prepostratio in vna, eademque causa, & sic de se ipsa, ad se ipsam (non ad aliam diuersam, vt statim) tunc illa prepostratio ordinis vitiat actum, & annullat processum ipso iure. text. est in l. prolatam. & ibi Bald. Salicet. & Paul. Castrenf. C. de sentent. & interloc. omni. iudic. & propterea Salgado de protect. Reg. Tom. 1. l.

13 tanquam de actu, & processu nullo, hoc casu licitam esse appellationem, optimè Elcia. in tractatu de appellatione. quest. 17. limit. 6. memb. 7. n. 116. fol. 393. & quòd prepostratio ordinis vnus, & eiusdem causæ ad se ipsam vitiet, & causet nullitatem, probant insuper gl. in l. si mancip. §. 1. ff. de cuncti. text. in l. 1. & ibi gl. & scribentes C. de appell. gl. in l. 2. C. commu. diuidun. B. Angel. & ceteri in d. l. prolatam. & gl. in summa 2. quest. 1. & B. in l. prosecutione. in si. C. de pignor. Bald. in l. per hanc. in 6. colum. vers. vel posse exemplum. C. de tempore. appellat. Lanfr. in c. quoniam contra. §. interlocutorie. vers. circa ordinem numero 15. de probatio. Alex. conf. 34. Consult. lib. 4. Cardin. Tusc. pract. concl. tom. 6. litera P. conclus. 519. num. 9. optimè Sebast. Vant. in tract. de nullit. sententia. ex defectu process. &c. num. 49. qui etiam à num. 50. cum seqq. probat, idem esse dicendum, quando in duabus causis diuersis, sed tamen ad inuicem præiudicialibus, 15 quia in eis etiam peruersio, & prepostratio ordinis iuris vitiat, & annullat, de quo nos latè egimus suprà 2. p. cap. 18. à prin. & ideo cum in causa executionis peruersio ordinis sententia adscripti, sit in ipsa causa, se- 16 quitur euidenter, vt prepostratio vitiat executionem, & per consequens ab executore licebit appellare, tanquam ab excedente.

Et hoc est ad differentiam ordinis traditi 17 à iure inter diuersas lites, seu vnus causæ, ad alteram separatam, vel vnus iudicij ad aliud, secundum Bal. in d. l. prolatam. sub n. 1. vers. item premitto. & num. 9. vers. sed opponitur nunc. Bart. & Paul. Castr. in l. 1. C. de appellat. idem Paul. in l. prolatam, & in istius ordinis perturbatione sententia tenet, & 18 processus, secundum Bald. Salic. & Paul. vbi proximè. sed tamen iudex male faciet, & ideo appellatio licita erit, vt notat B. Bal. Salic. & Paul. Castr. in l. 1. per text. ibi C. de appellat. Contr. in l. vni. limit. 18. n. 2. C. si de momen. poss. Elcia. tract. de appel. q. 17. limit. 6. memb. 7. n. 117. cum seqq. Crauet. conf. 248. in iniustitia. n. 4. vers. amplius. & conf. 299. Anto. sub n. 8. & conf. 302. in hac causa sub n. 6. Felin. in c. inter monasterium. sub n. 2. vers. tempera tamen. de sentent. & re iud. Card. Tusc. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 119. n. 19. Et rationem huius differentia huius casus, ad præcedentem, reddit Bal. in d. l. prolatam. num. 9. quia ordo vnus causæ in se ipsa 19 est, veluti ordo membrorum in vno corpore indiuiduo, à quo si remoueat, vel subuertatur aliquod membrum principale, totum corpus perit: sed ordo vnus causæ ad diuersam, est ordo vnus corporis separati, ad aliud corpus separatum, & sic est ordo extrinsecus, ac ideo non vitiat.

Et propterea in iudiciis, à quibus non est 20 licita

licita appellatio, prout in executiis, nec admittetur appellatio, quia sequitur naturam principalis, ut latè suo loco probauimus. In aliis verò iudiciis aliàs appellabilibus, rectè & ab huiusmodi præposteratione de vna causa ad aliam diuersam appellabitur, vt ex Doctõribus proximè citatis, cum probent quòd tamen actus non sit nullus, per consequens non erit excessus, & ita nec appellabitur. *d. l. ab exccutore. & l. ab executione. C. quorum appella. non recip. cum vulgari.*

21 Quartò & quòd à præposteratione executis fit licita appellatio quoad vtrunque effectum, probatur, quia licet in possessorio, & aliis causis priuilegiatis non sit admittenda appellatio ab ipsa causa principali; tamen in his causis, vt legitimè deferenda, ita docet Bal. in *c. ex conquestio. 10. n. 1. de restitutio. spoliarior. & latè in l. 1. C. de appella. l. in l. 1. n. 5. limit. 2. & Dec. n. 6. ibi, quòd ab ordinato processu. C. de bonor. poss. secundum tabul. Rursus idem Decius in *cap. pastoral. 53. n. 29. ibi, & notat etiam de appell. Couar. pract. questio. cap. 2. 3. sub n. 8. versus finem. vers. ceterum licet. Natta conf. 121. in caus. possessio. vers. 4. præsuppono. n. 4. lib. 1. Menoch. tract. de adipiscen. poss. rem. 4. quest. 99. n. 808. Achil. Personal. tract. de adipisc. poss. sub num. 336. vers. ego autem bene facior. & sub num. 337. vers. vel, & quoque. & 338. fol. 269. aliàs fol. 277. Caf. Contar. in repet. l. vni. limit. 7. sub num. 9. ibi, & licet aliquando & latius. limit. 18. à num. 1. cum seqq. & sub n. 21. & 22. Escacia tract. de appell. quest. 17. limit. 6. memb. 7. numer. 113. fol. 393. Marquetta tract. de commiss. p. 2. de commiss. appell. c. 2. n. 46. limit. 4. fol. 38. Grama. decis. 65. excellens Comitissa. sub n. 82. Borgn. Caval. decis. 23. n. 105. & seq. & n. 107. p. 3. Alex. Sytar. in practi. ciu. c. 12. num. 17. fol. 31. qui omnes probant, quòd in possessorio summariissimo, in quo regulariter prohibetur appellatio; tamen admittitur ex causa præposterationis, & inordinati processus, & post Zuchar. Petrum Surd. & Hieronym. Gonzal. & alios, probauimus supra cap. 18. 2. p. à num. 30. vers. & huius conclusionis illa fortis est, & ergo pariter dicendum venit manifestè, quòd licet ab exccutore sit prohibita appellatio. *l. ab exccutore. ff. de appellat. tamen illi erit deferendum, vbi executionem præpostere, & ordinem perturbare, contigerit. & vterius in nostris terminis vide inferius à num. 60. & seqq.***

Et huius quarti fundamenti rationem reddit Contar. *d. limit. 18. sub num. 22.* sed meritò eam refutat Escac. *vbi proximè.* illa

22 tamen verissima redditur, quia cum in peruersione ordinis vnus causæ ad se ipsam

detur nullitas, ex hæcenus dictis, meritò exequi non potest, quia quòd nullum est, executionem non meretur, etenim dispositio attribuens sententiæ, & causæ priuilegium executionis, intelligitur de valida, non de nulla. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & propterea appellationem rectè procedere sæpius diximus hoc in tract.*

Secunda etiam, & vera ratio est, quoniam 23 iudex non seruans ordinem, eamque præposters, facit iniustitiam, grauam autem, & iniustitia ordinis non seruati, notorium patens est, & euidentis ex actis; & à sententia euidenter iniusta, cum nullitati æquiparetur, licita est appellatio, etiam in causis priuilegiatis, & quæ appellationem non recipiunt. Bald. in *l. vnica. colum. 2. numero 5. versic. denuo quæro. C. si de momen. poss. Abb. in conf. 55. in causa qua Paul. post princ. lib. 2. Maran. in specul. 6. p. actu 2. prim. in verbo, & quandoque appellatur. limit. 6. num. 311. fol. 505. Vestr. in praxi Roma. Curia lib. 7. cap. 3. vers. at vbi. sub num. 6. fol. 195. Lancel. tract. de atten. 2. p. c. 12. limit. 2. 5. prin. n. 15. Achil. Personal. vbi supra d. tract. de adipisc. poss. sub num. 347. versic. præterea dato. tom. 1. p. 2. fol. 269. Ioan. Baptif. Ponta. in tract. de spolio. lib. 4. cap. 3. num. 50. vers. quocumque. fol. 306. dicens, quòd respectu iniquitatis non intelligitur vnquam prohibita appellatio, latè Caf. Contar. in repet. l. vni. limit. 9. n. 2. C. si de momen. poss. & est de mente Bart. in l. 2. num. 5. vers. præterea video. ff. de appellatio. recipi. & loquendo in sententia ex l. si. C. de edicto diu. Adria. scribunt Zuchar. in ead. l. fin. n. 447. Menoch. tract. de adipisc. poss. rem. 4. quest. 100. num. 805. & Achil. Personal. d. tract. de adipisc. poss. sub num. 334. vers. ego autem. fol. 268. in fi. & 269. Escac. tract. de appella. quest. 17. limit. 4. num. 99. & eadem quest. 17. limit. 6. memb. 4. num. 106. & memb. 7. num. 79. & num. 113. ad fin. & nos passim pluries alios allegando diximus variis in locis.*

Ex his rectè quæri potest, an condemnatus 26 per sententiam, vt rem restituat, refusis prius melioramentorum expensis, an exccutor excedat, si rem faciat, restituere ante liquidationem, & solutionem expensarum prædictarum. Et quòd non excedat, affirmant Beneinendi decis. 77. per tot. Cardinal. Tusc. practi. conclus. tom. 6. liter. P. conclus. 319 n. 17. dicentes, quòd poterit dare exccutor restitutionem bonorum vigore sententiæ, cui est illa clausula adiecta (refectis prius melioramentis) quia intelligitur, prius, quatenus sint liquidata, quia est monitio ad iudicem exequentem, non necessitas.

28 Sed contrariam sententiam, & opinionem longè de iure vteriore esse, existimo, imò quòd

quòd excedat ex ordinis peruersione, quoniam dictio (prius) præcedentiã significat, & dispositio illa vtens intelligitur, dare ordinè, qui inducit formam, qua non seruata, actus est nullus. Felin. in *cap. cum dilecta. de rescript. nu. 6. vers. sextum signum. Brun. in tract. de forma. in tit. quatenus censetur datum aliquid pro forma. Cacher. decis. Pedemont. 165. num. 14. cum Neuiz. conf. 87. num. 13. Mandof. regul. 24. q. 3. num. 9. & pluries ita determinauit Rota, cuius decisiones ibi allegat Nicol. Garcia de benef. 9. p. cap. 3. nu. 10. & supra, vbi in simili casu circa Cõcilium Tridentinum sess. 7. cap. 13. vtens his verbis: prius examinentur, &c. ergo cum modum excedat exccutor in huiusmodi præposteratione, appellationi per consequens deferendum est.*

29 Et vterius probatur, quoniam illa sententiæ verba (solutis expensis melioramentorum.) inducunt conditionem, virtute ablatiui absoluti, iuxta *l. ab emptione. ff. de pactis. l. à restato. ff. de condit. & demonstr. cum vulgari.*

30 quæ conditio debet adimpleri, ita vt interim suspendat dispositionem *l. qui heredi. in prin. & l. Mauius. in toto titulo. ff. de cond. & demonstr.*

31 Et in terminis, quòd illa verba sententiæ (solutis expensis) sint conditionaliter prolata propter ablatiuum absolutum, tenet Neguzan. in *tract. de pignori. memb. 4. 5. p. prin. sub num. 10. versic. tertia conclusio.* quia conditio importat formam. Bald. in *auth. matri. & auie. Cod. quando mulier tutela officio fungi possit. & nullus redditur. l. non dubium. C. de legib. Bal. in l. exccuto. C. de exccut. rei iudic. Natta conf. 438. num. 28. Petr. Surd. conf. 186. numer. 18. tom. 2. qui num. 17. post elegans consilium*

34 Socini iunior. 67. num. 19. vol. 1. inquit, multum referre, quòd sententiæ referret ius, quia tunc sententiæ executio per reservationem non suspenditur. at quando sententia condemnat sub aliqua limitatione, vel modificatione; tunc sententiæ executio retardatur, & suspenditur, donec cognitum sit de iure limitato, & per eundem Socinum idem dixit Cardinal. Tusc. practi. conclus. tom. 3. litera E. concl. 472. num. 3. dum affirmat, quòd

35 sententia debet exequi, etiam si in ea referretur ius aliquod condemnato, quia intelligitur in alio iudicio; vt secus sit, si aliquam limitationem, aut exceptionem adiciat. Et reddit exemplum, quando excipit bona, quæ essent in dominio, aut territorio

36 condemnari, quia tunc debet exccutor prius discutere, quæ, & qualia bona essent; & hoc idem repetit eodem Cardinal. Tusc. practi. conclus. litera E. concl. 489. à num. 12. & 13. qui loquitur de hac conditione (solutis prius expensis) & Socini & Surd. locis proximè citatis,

exemplificant, quando sententia condemnat ad restituendum bona, exceptis feudis, affirmantes prius cognosci debere, quæ illa sint bona, quæ non sunt feudalia. idem dicit Capicius decis. 17. nu. 9. Et est ratio, quia interim sententia est incerta, quæ ante liquidationem nullo modo executioni mittitur, vt supra diximus latè hac 4. p. cap. 10. de liquid. à princ. Verba enim limitatiuè appo- 38 ta, habent inducere terminum, quem non licet excedere. *l. qui fundum. §. vendebat. ff. de contrah. empt. Bald. in l. si. C. de donat. ante nupt. Anton. de Cana. in tract. de infirmatio. q. 28. n. 48. vol. 9. tractatum diuer. ant. Iulius Cæsar Ruginellus practi. quest. cap. 42. à num. 9. cum seqq. Bald. consil. 51. numer. 5. vbi plura iura allegat.*

Et loquendo de dictionibus (quatenus, 39 donec, quando, dum, quoad, vsque quo) & similibus, quando illis vtitur sententia, quæ cum significant limitationem temporis, habent naturam suspensiuam, & dispositionem, seu acquisitionem suspendunt; secundum B. in *l. si. §. si. num. 2. ff. ad Trebel. Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in fi. ff. de liber. & posth. Socini conf. 63. num. 3. volum. 1. Socini iunior in conf. 76. num. 113. vol. 1. & principaliter significant tempus, secundum Alexan. in l. 1. colu. 2. in princ. vers. licet enim. C. de legat. Ruin. consil. 42. num. 6. vol. 2. Natt. conf. 459. num. 16. quæ tamen dictiones si apponantur 40 ad inchoationem alicuius beneficii, important conditionem. *l. pater. §. si. ff. de condit. & demonstr. l. legatum. ff. de annu. lega. l. Gaio. §. imperator. ff. de alimen. lega. B. in l. 1. num. 15. vers. quandoque iste dictiones ff. de cond. & demonstr. Castrenf. in l. 1. vbi Alexand. num. 2. C. de lega. Socini. qui communem dicit in consil. 68. num. 3. & 8. vol. 1. Decius conf. 485. numer. 5. Ruin. conf. 37. num. 1. vol. 2. & conf. 170. num. 7. vol. 3. Socini iunior conf. 58. num. 8. vol. 3. Paris. conf. 18. num. 4. vol. 1. Cepha. in conf. 71. num. 17. Petrus Surd. conf. 186. à n. 14. tom. 2. qui ex hoc concludit, sententiam, cui hu- 41 iusmodi dictiones adiciuntur, ipsam suspendunt, & à numer. 10. & 11. quòd dictio (dummodo) quando apponitur in sententia 42**

ei, quod venit implendum ante perfectionem actus, importat conditionem. *l. Thais Stichus. ff. de manum. restam. B. & alij in l. quibus diebus. §. Termitius. ff. de condit. & demonstrat. Curti. senior conf. 74. colu. 8. in princ. vers. capio secundam legitimatiõem. Socini. iunior consil. 148. in fin. vol. 1. Crauet. conf. 10. num. 14. & idem Surd. loquitur de sententia, qua declaratur, bona donata per patrem alicui spurio, ad illum pertinere, quatenus reperitur non excessisse vnciam ex liquidatione facienda, in liquidatione sententiæ, vbi post alios, 43*

- 43 quòd dictio (quatenus) aliquando idem significat quòd (dummodo)
 Quòd & idem dicendum venit de gerundio, prout (dando, pagando, entregando, restituendo, &c.) quòd & inducit conditionem, & formam, in actu gerendo adhibendam præcisè. Bald. in l. falsus. C. de furt. B. in l. 1. num. 36. ff. de condit. & demonstrat. Gregor. Lopez in l. 27. tit. 5. p. 5. gloss. verbo, el precio, circa fi. Escob. de ratio. cap. 38. num. 14. & quòd inducat necessitatem, & præceptum gerundium, adiectiuum, vel participium, habetur in rubrica de edendo. III. in rubrica ff. de liber. & posth. num. 23. Nauarr. cons. 2. num. 3. tit. de celebr. Miss. lib. 3. Cened. in questio. canon. quest. 3. num. 13.
- Et hinc est quòd dicit Bald. in l. 1. num. 4. versicul. concludo ergo. C. de iur. & fact. ignorant.
- 46 quòd si sententia lata est sub conditione, vel modo, semper opponi potest de defectu ipsius conditionis, vel modi non impleri. sequitur Socin. iunior in cons. 67. num. 8. vol. 1. B. in l. 1. §. & parui. ff. quòd vi aut clam. Castrenf. cons. 327. n. 2. vol. 2. Petr. Surd. d. consil. 186. num. 13. & num. 26. vbi reddit ratio.
- 47 nem, quia eodem tempore, eodem instanti, & ex eodem fonte oritur actio, & exceptio, quia tunc agens non tam ab alio repellitur, quam à semetipso repelli intelligitur, docent etiam Bald. in l. ex his prædis. num. 1. C. de euitio. & post Bald. & Alexand. ita concludit Natta cons. 474. num. 35. Crauet. cons. 127. num. 14. & in cons. 151. num. 10. Beci. cons. 45. num. 13.
- 48 Et facit, quoniam si actor in actione includit, & deducit simul exceptionem, suo ligone se percutit, eique incumbit onus probandi exclusionem exceptionis, ita eleganter Ferret. cons. 53. num. 11. Cassiador. decis. 10. num. 10. de rescript. Marefc. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 34.
- 49 Et hæc exceptio, quæ oritur ex eadem sententia, ad eò præcisè est, vt sit verificanda in executione, etiam si requiratur altiorem indaginem. Castrenf. cons. 270. n. 3. in 2. dub. vers. allegata verò. vol. 2. Ruin. consil. 22. num. 9. vers. secundo respondetur. volum. 1. Petrus Surd. d. cons. 186. n. 22.
- 50 Et hinc etiam provenit, quòd quotiescumque ex ventre instrumenti, cuius vigore executiue agit, oritur defensio, & exceptio nullitatis, tunc suspenditur executio, quæ ipsa legitima nullitatis exceptio impedit. B. in l. 1. §. & parui. num. 3. ff. quòd vi aut clam. Alexand. cons. 20. num. 2. & 3. lib. 6. Sarnier. in compend. signature n. 84. Aquill. decis. 3. Felin. in rub. de exceptio. num. 2. Socin. consil. 27. num. 3. vers. secundo compulsi. lib. 4. III. cons. 170. vers. & si diceretur. lib. 2. Cassiador. decis. 10. de rescript. Et ratio est, quia nullitas

instrumenti reddit probationem nullam, qua sublata non potest dici constare de obligatione. Afflict. decis. 285. num. 1. Roman. cons. 42. Marefc. variar. resolut. lib. 2. cap. 12. n. 2. num. 33. qui testatur, ita fuisse decisum per Rotam in vna Roma. domus & nullita. coram Cardin. Paleot. & in vna Neapoli. nullit. instrum. 4. Iulij 1574. coram Corta. Quæ quidem exceptio pariter admittenda est (quando scilicet oritur ex ventre instrumenti, & sententiæ,) etiam si requiratur altiorem indaginem, quia talis exceptio nullibi censetur exclusã; ita etiam docent Cassiador. decis. 10. de rescript. Sarnier. in compend. signature. num. 89. & 85. Bald. in l. ex prædis. n. 1. C. de euitio. Roman. cons. 42. num. 3. Decius cons. 8. num. 7. cum similib. Marefcot. vbi proxime numero 36. & circa hanc exceptionem vide quæ nos cap. 7. vers. hinc etiam pariter. à num. 99. hac 4. p.

Vnum tamen animaduersione dignum inferere duxi, vt scilicet, appositæ conditiones aliquando respiciunt ipsam condemnationem, aut principalem dispositionem, tunc illam reddunt conditionalem at quando conditio apponitur in executiuis sententiæ, aut alterius dispositionis, quia non respicit eius substantiam, sed eius effectum dumtaxat, (vt in hac de qua loquimur,) & tunc non facit sententiam, contractum, nec principalem dispositionem conditionalem, imò pura remanet, effectus tamen executio, & satisfactio suspensa est, & dilata in tempus. ita post alios mirabiliter docet Natta cons. 453. à num. 1. tom. 2. referens notata per Bald. in additio. ad Speculat. tit. de instrumento. additione. colu. fi. & in l. 2. C. de iure doti. quem refert & sequitur Alexand. in l. que doti. colu. 5. vers. 7. fallit. ff. soluto matrim. Bald. in l. ex his oppositio. 1. C. quando dies legati cedat. & est optimum consilium Oldradi 114. factum tale est. Tiraq. in tractatu de iure constituit. 3. p. limit. 2. & est de mente Alexand. quem refert Neguz. de pignori. 2. p. princ. membr. 2. num. 4. & ad multos admirabiles effectus ex hac infert doctrina Natta per totum illud consilium videndus.

Quare merito in nostra principali difficultate responderet Paul. de Castrenf. consil. 270. Anton. de Fan. Neguzan. vbi proxime, 3. p. princ. membr. 4. num. 10. vers. 3. conclusio. & nostras Ioan. Garcia in tractatu de expens. & melioratio. cap. 6. num. 18. quòd executor verba sententiæ debet attendere, ita vt si in sententia de meliorationibus prius soluendum fiat, prius soluantur, quia ordo literæ seruandus est, & à forma sententiæ non est recedendum. Icum post sententiam. Lex stipulatio. C. de sent. & interloc. omnium iudic. dicit etiam

- etiam Peregrin. de fideicommiss. artic. 50. n. 69. Marefcot. variarum resolutionum lib. 2. c. 112. num. 27. & ex dicendis ulterius apparebit.
- 57 Sed ille casus difficilis est, quid erit, quando sententia simpliciter condemnat ad rei restitutionem, refusus melioramentorum expensis, scilicet pagando los gastos, &c. an poterit executor prius rem restituere, & postmodum satisfacere condemnato de melioramentis, saltem sub fideiussore. In quo breuiter regulariter negatiuam partem veriorum esse, cenfeo, tum ex natura ablatiui absoluti, qui facit conditionem, & induit formam, & ordinem non transgressurum, sed irritantem, quæ omnimodo præcedere & verificari debet, adimplerique in specifica forma, non per æquipollens, hoc est, fideiussorem oblatum admittendo, l. promissor. §. si de constit. pecun. gloss. in l. si §. 1. ff. si certum petat. & in l. satisfactio ff. de solutio. Tiraq. de retractu lignag. §. 3. gloss. 3. n. 14. optimè multa bona adducens fundamenta in proposito Petrus Surd. cons. 186. à num. 29. tom. 2. ergo præpositio patientia non est.
- 59 Deinde quoniam condemnato ad rei restitutionem competit illius retentio, donec ei de melioramentis satisfiat, & huiusmodi exceptio suspendit executionem, etiam si de ea fuisse oppositum in principali iudicio, dummodo de ea non fuerit iudicatum, plurimos adduximus supra hac 4. p. cap. 7. vers. sed maior stat difficultas, à num. 72. tenent insuper Speculator tit. de execut. sententiæ. §. postrem. vers. quid si bona edificari. & ibi latè Ioan. And. in additio. B. in l. si fundus. 16. n. ff. de rei vindica. Ripa in l. vbi pure. §. quid in distrabendis. ff. ad Trebell. Decius consil. 18. num. 2. Aymon Crauet. cons. 148. num. 2. Roland. à Valle plures referens in consil. 28. n. 3. lib. 1. Tiraq. de retractu conuentio. §. 7. gloss. 1. num. 14. Neguz. de pignori. 5. p. membr. 4. n. 10. vers. secunda conclusio. Beneintendi decis. 67. num. 1. Boerius decis. 43. num. 9. Pontan. de spolio. lib. 4. num. 63. Gallef. de obligatio. Camerari. in 4. p. q. 2. num. 12. Burfatus cons. 66. n. 3. lib. 1. Lancelot. de attent. 3. p. cap. 2. §. quest. 29. num. 10. & pluries ita determinasse Rotam, cuius decisionis refert, testatur Marefcot. variar. resolutio. lib. 2. cap. 112. sub num. 18. & 19. ergo executor nimis propere exequitur, prius rei restitutionem faciens, contra l. 1. C. de execut. rei iudic. & per consequens nulliter, ex cap. præpositio. ex superius dictis.
- 60 Et hinc est, quòd pro huiusmodi præpositio pars grauata agere potest nullitate, & spolio. Cesar Contar. in repet. l. vnic. C. si de moment. poss. q. 2. 4. nu. 32. testatur etiam Luc. Per. in practica. Capitoli. tit. de cass. nullitat. num. 2. vers. & ex ratio. Marefcot. variar. resolutio. lib. 2. cap. 12. n. 48. vt testatur, ita fuisse decisum per Rotam in vna Roma. Saluiana. interdict. 19. Nouemb. 1593. coram Penia, & per consequens à fortiori poterit etiam, 61 ab huiusmodi præpositio ob non admissam exceptionem, legitimam appellationem interponere condemnatus, vt in terminis probant ipsa Rotæ decisiõ, & Doctores citati, & iterum ipse Marefc. eodem lib. c. 112. sub num. 18. & est consilium Alexan. 85. n. 6. vers. præterea etiam lib. 5. & faciunt supradicta in hoc cap. & latius hac 4. p. c. 7. à prin.
- Quòd & in tantum procedit, nam etiam ad 62 executionem sententiæ petenti offeratur depositum, vel cautio de soluendis meliorationibus, cum fuerint liquidata, audiendus non est. Capic. decis. 17. Rui. cons. 84. in ff. lib. 1. Tiraquel. de retractu conuentio. §. 7. gl. 1. n. 13. nostras Ioan. Garc. de expens. & meliora. cap. 6. num. 19. Gallef. de oblig. in form. Came. 4. p. q. 2. num. 13. quam opinionem contra Gozadi. cons. 100. num. 2. Beneintendi decis. 77. n. 10. & Neguz. de pignori. 5. p. membr. 4. num. 10. contrarium sentientes citant, & veriorum dicunt Menoch. de recuper. poss. rem. 15. n. 569. quam amplexam fuisse à Rota affirmat Gallef. ibi Puth. decis. 12. de re iudi. Marefcot. variar. resolutio. d. lib. 2. cap. 112. num. 21. vbi testatur, ita fuisse tentum per Rotam in vna Terra. Palu. 17. Maij 1559. vt in manuscriptis diuerso. decis. 139. Petr. Surd. cons. 186. num. 19. tom. 2.
- Quæ doctrina verissima est respectu eius 65 rei, in qua facta fuit melioratio, pro qua competit retentio, non tamen respectu aliarum rerum diuersarum, nam si quis plurium fundorum detentor, aut possessor, sit condemnatus ad omnium restitutionem, non impeditur sententiæ executio in illis fundis, & eoriporibus seiunctis, & separatis, in quibus non essent facta melioramenta, quia etiam de iure pro expensis factis in vna re, alia non potest retineri, ad notata l. si non forem. §. si centum. ff. de conditio. indebi. & sic 64 respectu earum rerum, in quibus nulla sunt facta melioramenta, sententiæ executio statim faciendã est, etiam nulla præstita fideiussione. Secus respectu earum rerum, quibus expensæ factæ sunt, in quibus quidem executio suspenditur, donec fiat liquidatio, & melioramenta cum effectu probentur. ita tenet Paul. de Cast. cons. 270. lib. 2. n. 1. cum seqq. & per eum Ioan. Garc. de expens. cap. 6. sub num. 19. decisio. Lucan. Iosephi n. 10. Rodoa. de rebus Eccles. §. de emptor. num. 6. & ita bis obtinuisse firmat Peregrin. in tract. de fideicommiss. art. 50. num. 69. Marefc. variar. resolutio. lib. 2. d. cap. 112. num. 27. quòd procedit 65 etiam si in sententia apponantur illa verba (solutis

(solutis prius expensis.) &c. quia cum in iis negetur secundum ius retentio, ad iuris intellectum debere referri verba iudicis, dicunt Paul. Castrenf. Peregr. & Marefcot. ubi proximè.

Quod secus erit, quando sententia rem vnicam contineat, vel plures, sed ad eò conexas, ut vna sine alia stare non possit, quia tunc non fit restitutio, quousque meliorationes actor refundat, secundum Castrenf. ubi proximè ad Tiraquel. loco modo citato n. 12. & 13. Marefcot. num. 29. Boërius decif. 44. n. 19. Peregr. d. art. 50. n. 69. qui & Tiraq. reddunt mirabilia exempla.

66 Hoc tamen limitari placuit; quando expensæ, & melioramenta facta in vna re, eiusdem valore excederent, quia tunc in alia separata poterit etiam fieri retentio, ita limitat Boërius decif. 44. num. 17. vers. illud dictum Pauli. Marefcot. d. cap. 112. num. 30. Peregr. sub d. num. 69.

67 Quid autem & quando melioramentum respicit ius vniuersale, puta hereditatem, ad quam restituendam quis condemnatus fuit, nempe: secundum l. fi. C. de edi. diui. Adri.

68 an tunc vna res pro alia retineatur, & an, & quando ibi non possunt de facili liquidari expensæ, an sub fideiussione relaxanda sunt bona omnia, vide plenè per Ioan. Garci. de expens. & meliora. cap. 6. num. 19. per totum. ubi plures allegat, & obiter etiam Peregr. ubi prox. d. n. 69. in fi.

69 Vnum tamen non omitam, quòd iis casibus, quibus diximus, executionem sententia impediri, propter huiusmodi retentionem rei, ob expensæ in ea factas, debet saltem prius in genere constare, & apparere de illis. quo casu Rotæ stylus est, ut executor præfigat terminum condemnato opponenti de melioramentis, vt intra illud illa liquider. Put. decif. 471. in fi. lib. 2. Peregr. decif. 18. lib. 2. & fuisse dictum in causa Roma. domus 18. Junij 1612. coram Cardi. Pamphi. & aliis sæpe, testatur Maref. variar. resolu. lib. 2. cap. 21. num. 31. & iterum cap. 112. n. 20.

70 & 32. qui quidem si intra prædictum terminum sibi præfixum, melioramenta non liquidauerit, proceditur ad executionem, quia tunc stante mora, non est amplius locus retentioni, ne sit in potestate opponentis propter moram liquidandi, sententia executionem retardare. Put. decif. 12. de re iudi. d. decif. 471. num. 2. vers. & tanto magis lib. 2. Peregr. decif. 16. lib. 2. & tenuit etiam Rot. in d. decif. Roman. domus. vt testatur idem Marefcot. d. cap. 112. num. 20. & 32. d. cap. 12. n. 1. num. 51. & tenet Socin. cons. 62. num. 3. lib. 1. Acorambo. decif. 8. Rota decif. 112. p. 2. diuers. quo casu non dicitur executor præpostera-

re ordinem executionis, & sententia. Vide sursum hoc c. n. 67. & supra.

Illud denique adde, quòd etiam in his casibus, quibus diximus; præposterationem, & perturbationem ordinis causare nullitatem, limita vbi adest confessio partis, quæ omnino sanat omnes defectus processus, vt in terminis tenet Cardin. Tusc. practicar. conclusio. tom. 6. litera P. concl. 519. num. 11. & num. 20. Alexan. cons. 34. vso processu. num. 3. & num. 4. quem referens sequitur Tusc. ibi, & generaliter, quòd confessio partis validet omnes defectus ordinis iudicialis, & processus, latè Marcar. de probatio. lib. 1. concl. 244. num. 4. & concl. 357. num. 3. vbi de communi. Roland. cons. 31. num. 4. lib. 1. infinitos congregit Farinac. in practi. crimi. tom. 3. q. 81. cap. 2. à n. 66. cum pluribus seqq. vbi multis modis ampliat, pariter & limitat.

CAPVT. XIV.

De effectibus repositi excessus, & an tertio rei possessori non citato, etiam clerico, afficiat. & an fructus non expressos comprehendat. & an excessus totam vitiet executionem, vel is solus dumtaxat reponendus. & insuper facta semel executione, si res iterum deueniat in potestatem condemnati, aliæ executoriales nouæ an requirantur.

SVMMARIVM.

Executio reuocata & reposita, an afficiat tertio rei emptori, ipsius executionis virtute. n. 1.

Redduntur exempla. n. 2.

Res inter alios acta tertio non præiudicat, nec contra non nominatum in sententia eius executione comprehenditur. n. 3.

Executione sententia, cuius virtute tertius emptor possidet, reuocata, vt ipsa res non sit restituenda, sed pretium à creditore auocandum, quia dixerit. n. 4.

Executione reuocata, cuius vigore creditor in solutum rem accepit, restituenda res est cum legitimis accessionibus. n. 5.

Reuocata executione in gradu appellationis, creditorem damnandum ad res ablatas restituendas, vel æstimationem, damna, & expensæ, qui dixerint. n. 6.

Azebeti sententia in re hæc refertur. n. 7.

Tertio emptori in subhastatione pro executione, hæc reuocatur, illi nocet citatio. n. 8. & 9.

Res insolutum data mulieri virtute executionis, qua in gradu appellationis reuocata fuit, an hæc

hæc reuocatoria exequi possit contra virum, cui hanc rem appellatione pendente dederat in dotem mulier. n. 10.

Sententia infirmatoria executionis, cuius contemplatione tertius vel per subhastationem, vel aliter, rem possidet, ipsi tertio etiam non citato, & etiam clerico officit, & in illum directio exequitur. n. 11.

Tertius possessor rei subhastata, vigore executionis à qua est appellatum, non habet ius in ipsa principaliter, & deperse, sed dependens causatum & derivatum à iure principali creditoris, pro cuius iure res subhastata fuit. n. 12.

Sententia lata cum eo cui principaliter negotium tangit, præiudicat habentibus ius secundario, & in consequentiam, & derivatum ab illo, etiam non citatis, & ignorantibus. n. 13.

Sententia infirmatoria executionis per appellationem reuocata, cuius occasione tertius possidet rem subhastatam, lata contra creditorem cui principaliter tangit, & est legitimus contradictor, officit ipsi tertio etiam non citato, cui res tangit in consequentiam. n. 14.

Commodum secundario contingens non est considerabile. n. 15.

Principale quod agitur inspicitur, non quod venit in consequentiam & accessorie. n. 16.

Actus non dicitur factus in præiudicium illius cui principaliter non obest, sed secundario. num. 17.

Origo à qua cetera vim capiunt, magis attenditur & nobilior habetur. n. 18.

A radice infecta procedens, pullulare non potest. num. 19.

Ex eadem radice si multiplex vitium nascitur, eodem modo tollitur & resoluitur. n. 20.

Vitium paruum in principio totam massam corrumpit. n. 21.

Origine falsitatis data, omnis actus dependens est nullus. n. 22.

Fundamento sublato totum ædificium corrui. num. 23.

Fundamento deficiente superædificari non potest. num. 24.

Principio omisso, non potest fieri transitus ad extremum. n. 25.

Causa prima semper representatur in secunda in quam insiuit. n. 26.

Auctoris iure resoluta resoluitur ius tertij absque facto hominis, sed iuris ministerio. n. 27.

Sententia lata super causa, censetur lata super causato. n. 28.

Proutius de quarta portione, cuius vigore optauit dimidiam, & successiue integram, sententia declarans primam prouisionem nullam, in portione optata exequitur. n. 29.

Clericus beneficium priuatus ob contumaciã aliquam, non verò delictum, & alteri collatum, si comparis absoluitur, illud recuperat à tertio. n. 30.

Causatiue multa permittuntur que aliis directio non permitterentur. n. 31.

Iudex secularis licet non possit directio clericum coram se litigantem compellere ad compromittendum, potest tamen causatiue denegando illi audientiam. n. 32.

Euictio per sententiam canonicatui quem quis optauerat, dimissa portione que alteri fuit collata, huic nocet sententia etiam non citato, quia ad portionem redit condemnatus. n. 33.

Et idem erit si plures gradatim optauerint, quia primus optans, condemnatis ceteris gradatim officit. n. 34.

Defectus in primo gradu, qui est causa aliorum successiue, primo gradu euicto restituitur aduersus secundum, & iste aduersus tertium, & sic de singulis, quia insiuit in causato. n. 35.

Minore restituito per sententiam aduersus venditionem, cuius causa veltigal soluit, sententia officit publicano. n. 36.

Restitutio redigit omnia ad pristinum statum etiam aduersus tertium. n. 37.

Condemnato retractante rem aditam intra tempus legis, veltigal à publicano recuperat etiam, cuius ius pèdebat ab hac causa variabili. n. 38.

Restitutio facta iuris dispositione, ex causa qua inest à primordio tituli, præiudicat tertio, & contra cum operatur. n. 39.

Restitutio per viam iuris inheret à primordio, ita vt ius transferentis non fuerit liberum à principio, quod ideo rescissio est subiectum. n. 40.

Restitutio iuris ob iniustitiam, comprehendit bona ablata, & in fiscum incorporata, sed alienata in tertium possessorem. n. 41.

Restitutio à Principe facta etiam ex gratia, dicenti haberi pro non facta confiscationem, & esse irritam, ius tertio tollitur, & omnia prouenientia ex tali condemnatione resoluuntur. num. 42.

Sententia reuocata per aliam, prima dicitur illicitè præcessisse, & omnia acta pro illicitè attentatis corrumpunt ipso iure. n. 43.

Executio vigore sententia postea reuocata, consideratur retro ac si facta non sit, nec sententia lata. n. 44.

Reuocata executione, cuius contemplatione tertius possidet, ipse comprehenditur. n. 45.

Qualitas resolutiua transit in tertium emptorem vigore executionis, quia inheret à primordio. num. 46.

Ius tertij ex causa executionis non est actus stans deperse, sed dependens à iure creditoris. n. 47.

Ad rescissionem antecedentis, sequitur rescissio subsequens. n. 48.

Iura duo causata ex vna radice, vna ambo rescissione tolluntur. n. 49.

Tertius rei emptor in subhastatione comparens in appellationis iudicio, vel citatus, vel sua sponte, aliter rem illam & possessionem defendere